

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

DF EPISCOPIS PRIMATIBVS PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTRIS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

dinandus, & nullatenus minus quam a tribus ceteris consentientibus cunctis, idcirco instituyente domino fieri iubetur, ne aliquid contra fidem ecclesie vnus tyrānica auctoritas moliretur, & regula vel fides confunderetur credetium. ¶ Prouincie autem multo ante christi aduentum tempore diuise sunt maxima ex parte, & postea ab apostolis & beato Clemente p̄decessore nostro, ipsa diuisione est renouata, & in capite prouinciarū ubi dudum primates legis erant seculi ac prima iudiciaria potestas ad quos qui per reliquas ciuitates cōmorabantur quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatorū, vel regum confugere nō poterant vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressiōibus suis, vel iniustitiis suis, ipsosq; appellabant quotiens opus erat, sicut in lege eorū preceptum erat, ip̄is quoq; in ciuitatibus vel locis nostris patriarchas vel primates qui vnā formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuine & ecclesiastice poni & esse iusse sunt, ad quos ep̄scopi si necesse fuerit confugerent, eosq; appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur & non alii. Relique vero metropolitane ciuitates, que minores iudices habebant, licet maiores comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui predictis iuste obedirent primatibus sicut in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur, & licet singule metropoles ciuitates suas prouincias habeāt, & suos metropolitanos iudices habere debeāt, ep̄os sicut pri⁹ metropolitanos iudices habeāt seculares, primates tñ, vt prefixū est, & tunc & nunc habere iusse sunt, ad quos post sedē apostolicā summa negotia cōueniant, vt ibidē quibus necesse fuerit releuētur, & iuste restituātur, & hi qui iniuste opprimuntur iuste reformatur, atq; fulciantur, ep̄orumq; cause, & summorum negociorū iudicia (salua aplice sedis auctoritate) iustissime terminentur. Hec ab antiquis, hec ab apl̄is, hec a sanctis p̄ribus accepimus, vobisq; (vt postulastis) rimāda & futuris tenenda t̄pibus mittim⁹, & reliquis fratribus p̄dicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mādāmus, ne pastorū impietia qui sequuntur deteriores fiant dicente dño per prophetā. Ipsi pastores ignorauerūt intelligētiam, quos rursus dominus detestatur dicens. Et tenētes legem nescierunt me. Nesciri ergo veritas se ab eis cōqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi qui ea que sunt domini nesciunt, a domino nesciuntur paulo attestante qui ait, si quis ignorat ignorabitur, hinc & psalmista non optantis animo, sed prophetantis mysterio denunciat dicens. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua, obscuratis ergo oculis dorsum flectitur, quoniam cum lumen scientie perdunt qui p̄eūt sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinātur sequētes. Hic ergo inter manus latronum & dētes furentium luporum vteūq; versamur. Ideo docere alios & nos ipsos (put dominus dederit) prouidēre debemus. Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet eū qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta, & contradicētes redarguere, & recte viuentes, atq; rectam fidem tenentes cōsolidare. Illis ergo qui dicunt quod filius in eo minor est, quia propheta inquit, verbum faciet dominus breuiatum vniuerso orbi, ita respondendum est diuinis testimoniis.

DE EPISCOPIS PRIMATI BUS ET PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTRIS.

A



VERBUM BREVIATVM QVOD DOMINVS FACIET super terram non minutionem deitatis in filio dei significat, sed dispensationem susceptę carnis annunciat, in qualī dispensatione nō solum patre hominis filium, sed etiam angelis legimus, minoratum Paulo attestante apostolo. Eum autem inquit, modice minus ab angelis minoratum vidimus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et infra. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens. Annunciabo nomen tuū fratrib⁹ meis, in medio ecclesie laudabo te, & p̄pheta inquit, minorasti eum paulomin⁹ ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & vt verbum dei patris breuiatum in filio non esse doceamus hanc Esaie prophete volumine approbamus sentētiam. Nunquid abbreviatus fact⁹ est sermo meus, aut paruus, vt non possum redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit dominus omnipotēs, & iterum. Hec dicit dominus omnipotens. Nunquid abbreviata est manus mea, vt sal-

uare non possit. Aut non potest viuificare cor humilium & spiritum contritorum. Et ut brachium patris que manus est filium esse doceret intulit dicens. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terre salutare eius. Nā & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore dominus ex celesti aula ac empireo domicilio possim demonis iam ferre dedignans tyrannidem in creaturas suas crudelissime seuientē plasmati condolens ac sue immense charitatis thesaurum referare volens in castissime virginis purissimum uterum omnis thori virilis nescium inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnē suscipiens aduenit, ut & illum qui habebat mortis imperium sua morte destrueret, & eos quos in tenebris & umbra mortis captiuos subegerat, virtutis sue potētia in ipso paruo & exiguo temporis spacioliberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucē (cum adhuc tempus haberent) incedere premonebat. Pueri inquit nouissima hora est, dum lucem habetis ambulate in lucem ne vos tenebre comprehendant. Et in canonicis apostolorum legitur epistolis, filioli nouissima hora est, quia multi pseudo prophete exierunt, in hunc mūdum. Et Paulus apostolus. Tempus enim breue est. Et iterū preterit enī figura huius mūdi. Et iterū. Omnia hec ad correctionē vestram facta sunt, in quos fines seculorum obuenerunt. Nam dominus in ipsa oratione dominica breuiavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens pauca docuerit que pertinent ad salutem. Cum oratis (inquit) nolite multum loqui. Et infra, vos autem cum oratis dicite. Pater noster qui es in celis & cetera. Non enim propheta filium dei in hoc capitulo minoratum designauit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur qui etiam nūc per apostolos & apostolicos viros nouissimo tempore loquitur. Ego inquit qui loquebar in seruos meos prophetas ecce assum. Et ali⁹ propheta. Sicut est ab initio vsque in seculum, neque adiectum est ei, neque minuetur illi, quoniam ipse est dominus creature sue. Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum nō quia ut illi putant inferiorem patri intimaret hominibus filium, sed quia nouissimum eius annūciaret aduentum. Si ergo ut predictum est Aaron filii presbyterorum figurā gestabant, & Aaron summi sacerdotis, id est episcopi Moyses indubitanter Christi tenebat formam, quoniam fuit similitudo mediatoris domini dei, qui est inter deum, & hominem Iesus Christus qui est verus dux populorum, & verus princeps sacerdotum, & dominus pontificum, cui est honor & gloria in secula seculum Amen.

CVIVS SAPRA DE PATRIARCHIS ET PRIMATIBVS AC RELIQVIS EPISCOPI ET QVOQ ECCLESIA ROMANA CARDO ET CAPVT OMNIVM ECCLESiarVM SIT.



ANACLETVS SERVVS CHRISTI IESV IN APOSTOLICA sede a domino constitutus, & a sancto Petro apostolorū principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis christi sacerdotibus salutem.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, predestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis sue, in laudem glorie gratie sue, in qua gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem, per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratie eius, que abundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia, ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis sue secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum insaurare omnia in Christo, que in celo, & que in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, predestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, ut simus in laudem glorie eius qui ante sperauimus in christo d. i.